



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

28 Militis laus quae sit. Imperatoris gloria iin quo sit sita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Idèd numquam defunt, quæ sint con-
vella vicia, & pravitas, aut corrup-
tela grifcens, quæ fit comprimenda, imò
omnibus in rebus nova sunt auxilia mo-
dò spiritualia, modò temporalia molien-
da. Nam, ut ait D. Hier. *lib. 3. ad Pelag.*
Quomodo, qui adverfo flumine lem-
bum agit, fi manum fortè remiferit, sta-
tim retrolabitur, & fluentibus aquis,
quo non vult, ducitur: fic humana con-
ditio, fi parum fe remiferit, difcet fragi-
litatefiam.

26 Unde † B. Carolus Borromæus Epif. 30
coporum exemplar, in ejus vita acriter
reprehendiffe legitur Epifcopum quen-
dam, qui ad eum fcripferat, fibi parum
effe negotij, utpote vocem Epifcopo
prorfus indignam. Nemini, vel medio-
27 criter fedulo, ac diligenti † ulla unquam
dies fufficit rebus fuis agendis, & tamen
non defunt ex animarum curatoribus,
qui, quafi in tuto fint omnia, fub tanta
farcina foieant feriari, omnibus prorfus 31
animo curis foluti; non advertentes,
ineffabilem Chrifti Jefu in fuas animas
folicitudinem fanguinolentos Apoftolo-
rum labores, ut eas Domino lucriface-
rent, ardiffimam in die noviffimo
rationem, non folum earum rerum,
quas commiferunt, fed etiam earum, 32
quas pro fufcepto munere omiferunt,
reddendam effe.

28 Laus militis † ea eff, fi in confictu
fortis, in expeditione vigil, evaferit. To-
ta Imperatoris gloria, in mira celeritate,
& vigilantia confiftit, Artium & difci-
plinarum vis, & vita, in diligentia fita eff.
Remove diligentiam, omnia jacebunt,
Hieronym. Oforius *de inflit. reg.* eodem
29 modo paltoris animarum † laus ea eff, fi

super gregem fuum vigilet. Nec cœpiffe
fufficit, nam in via vitæ non progredi,
regredi eff, D. Bernard. *ferm. 2. de Purif.*
de hac vigilantia non femel nos admonet
Apoftolus, ut in 2, ad Thimot. 3, Tu verò
vigila, in omnibus labora, & in Act. A-
poft. Attendite vobis, & univerfo gregi,
in quo vos Spiritus Sanctus pofuit Epifco-
pos regere ecclefiam Dei. Et paulò poft,
propter quod vigilate. Ad quod etiam al-
ludit illud Ieremiæ *cap. 1.* Quid tu vides
Ieremia. Virgam vigilantem ego video,
& † apud Ezech *cap. 1.* Describuntur ani-
malia illa, quæ totum corpus plenum o-
culis habebant, indicantia attentionem,
& circumfpectionem maximè neceffa-
riam. Hinc apud Ægyptios in vertice
fceptri oculus porrigebatur, quo Princi-
pis vigilantiam, ac potefatem significa-
rent, & in ædium facrarum vestibulis
leones effingi foiebant, qui facerdotum
oflenderent vigilantiam.

Quæ, † licet sacerdoti cuique inferio-
ri animarum curam gerenti neceffaria fit;
maxima tamen, & præcipua perpetuò
imminet Epifcopis, quorum munus eff
purgare, illuminare, & perficere popu-
lum D. Dionyf. *de ecclef. Hierarch. cap. 1.*
& *seq.*

Propterea † S. Auguft. fcripfit, Epif-
copali munere nihil jucundius, & opta-
bilis effe, fi perfuaforiè, aut adulatori-
riè agatur. Sed nihil apud Deum dam-
nabilis, nihil verò laboriofius, aut pe-
riculofofius, fi fedulò, & fideliter exer-
cantur, at nihil apud Deum beatus, fi
eo modo militetur, quo nofter Impera-
tor jubet in *Epift. 1408. relat. in cap. ante
omnia 4. dift.* In hujusmodi labore, &
periculo verfabatur Paulus, dum dicit